










John Carter Brown.


John Nicholas Brown.












See recto of leaf 7. for use of term "America."
Also last line of title

Globus mundi

Declaratio siue Descriptio mundi

et totius orbis terrarum, globulo rotundo comparati, ut ipse solida. Quia cuius etiam mediocriter docto ad oculum videre licet antipodes esse, quorum pedes nostris oppositi sunt. Et qualiter in una, quaque orbis parte homines vitam agere queunt salutare, sole singula terre loca illustrante, quae tamen terra in vacuo aere pendere videtur, solo dei nutu sustentata, aliisque permultis de quarta orbis terrarum parte nuper ab Americo reperta.



De mundi globo

Breue anteloquium in de scriptionem orbis terre.



ARestotiles nature dili-

gens indagator et philosophus, nunquam satis pro meritis laudatus; in Ethicis suis beatus ait ad verbum. Bonum quanto communius tanto melius, quare inuido comparatur a theologis, qui lumen scientie accepit et abscondit a proximo. Hec diligenter admodum

considerans, hanc sequentem collegi expositionem generalem totius mundi, quoniam id ipsum vtile iudicavi multum omnibus hominibus, ut in sequentibus clare patebit, qua quilibet etiam mediocriter doctus intelligere queat, quem indies sibi predicuntur etiam in sermone et ecclesiis dei, de variis locis et regionibus orbis. In quibus Christus et sancti eius passim miracula fecerunt. Atque rectam christianamque veritatem toto mundo patefecerunt, a qua se nemo excusare iam potest, ad aures eius non peruenisse, cum scriptum sit. In omnem terram exiit sonus eorum. Consimiliter vtile et omnibus regibus, principibus et dominis, qui tamquam membra huius mundi iudicantur, ut quilibet eorum sciat et quid de suo corpore aliqua proferre, ubi scilicet et in qua parte corporis mundi moritur et habiteret, atque eo ipso cognoscere paruitatem dominum sui, respectu illius sibi adhuc incogniti. E nimis simpliciter comparatur homini etiam mortuo, qui nescit ubi in terra habiteret. Est item conducibile his qui in mari versantur, aut maritimis locis, ut sciant quantum a continere distent, quantum rursus continens a qualibet mundi insula. Hec res nauigantibus et mercatoribus utilissima est. Ideoque gloriabatur iste mundi factus, cui terra ipsa comparatur, omnibus regionibus, fluminibus, montibus et mari, premissa satis superque alligata, in quibus per sequentem descriptionem comperies, ut laceat terra ipsa, ut celum atque sol eam circumeant motu suo, aliterque per multis delectabilibus interpretationibus, quemadmodum in sequentibus edoceberis.

Globus

Caput primum de mundi elementaris creatione.

Eterna dei sapientia cum ab eterno decreuisset ordinare hanc mundi machinam. eo tempore quo Moyses propheta creatam scribit in principio pentateuchi. Quod tempus vt Beda voluit. est a mundi creatione vsq; ad Christi natiuitatem. annorum. quinq; milium. ducentorum minus vno. Quamq; Ethnici philosophi aliter de hoc loquantur. vt Picus Mirandulanus late demonstrat in suo heptaplo. Tunc etenim post celum et terram pariter creauit sed sine forma mixtum chaos. et confusam quandam materiam. Sed sequentibus diebus quodlibet decorauit. segregauit. ornauit q; quem idmodum ad hodiernum videtur. et ita perseverabit in eternum nec preteriet. sed vt Augustinus scribit in fine mundi. et extremo die. in meliorem clariozem et lucidiorzem formam redigetur. ita q; nubes. Elementa. et celi pariter omnes quos vides. purgabuntur et clarare. vt in hac terra. que et chorus est angelorum. optimus sinaximusq; deus immortalis. in supremo throno sue glorie conspicietur ab hominibus. qui id promeruerint. Et tunc ois forditie que ex hac purgatione redundat. in abissum inferni defluet. qui vt diuus Thomas Aquinas refert. est in medio terre. vna cum purgatorio et patrum limbo. in quo proceres iudeorum detinebantur captiui. expectantes redemptionem. que complebitur in dominica resurrectione. vbi et demonem stringit. potestates ei auferens hominibus nocendi. In eo etiam Job et quosda gentium philosophorum quis dubitat non fuisse. qui sin dictamen recte rationis vixerunt. Est et inibi puerorum limbus. in quem non baptizatorum descendunt anime. Hec quattuor dico sunt in terre medio. vt in pomo grana. Quomodo autem anime defunctorum post mortem illac perducantur vel veniant. credo neminem mortaliu scire. Marfilio teste. hoc. n. Deus ipse sibi vt alia multa referuauit. Nisi dicere velis illuc meare. sicuti radium solarem per fenestram. quemadmodum et de virginis gloriose partu dicitur.

Mundi



Sed ut ad institutum veniam. Notabis terram totam comparari alicui puncto in circulo, respectu magnitudinis circumferentie omnium celorum. Et hoc est primum elementorum solidumque et induratum, tangibile et ad colendum idoneum ut vides, qui vero parariatur, in se quoniam tibus comperies.

Secundum elementum est ipsius aque, huius pondus siue magnitudo, terram decies superat. Etque decies clarior et purior ipsa terra. Atque hec duo ita inuicem commixta sunt et ligata a deo

Globus

iacentes in seipsis, vt neutrum sine reliquo esse possit, nec ipsa aqua terram cooperire aut tegere potest fluxu suo in eternum: deo volente gubernante et ordinante. Quod vero rotunda sit, patet con-
stat mare nauigantibus, qui id ipsum indies experiuntur. Vides etiam ad oculum in hoc globo, quemadmodum in tractatu de spe-
ra docetur. Quamvis Nicolaus de lyra aliter de hoc loquatur, vo-
lens terram in aqua natam vt pennis, videat ipse

Tertium elementum est aer, a quo omnia animantia vitam viuunt atque sine eo vivere nequeunt, nec minutum quidem. Elementum hoc com-
similiter terram circumdat atque aquam, vndique libere, que res tan-
tum miraculum pre se fert, vt nihil supra dici excogitariue potest, tantam
ponderosam molem, ita posse pendere in nihilo, sed vacuo dumtaxat
aere, et in se ipsa niti immobiliter et fixe, solo dei verbo firmatam
vt nunquam cadat in eternum. In quo homo quilibet: omnipotentiam cre-
atoris merito perpendere potest. Estque decies maior ipsa aqua, tan-
toque clarior et purior, atque in duodecim ventos distribuitur.

Quartum elementum est ignis, quod similiter aere circum-
dat et terram et aquam. Quid vero sit ignis ille, cuius substantie, mate-
rie aut forme, a quo calor ille oritur. De eo doctores atque philoso-
phi multa agunt et speculantur, vt vnum ex reliquo veniat et gignatur
ex terra aqua, ab ipsa aere, ex aere ignis. Hoc Plato in Timeo, Ari-
stoteles eius discipulus in de celo et mundo, in Meteororum et alias
multis in locis scribunt. In genere hec tibi cognouisse sufficiat:
Estque decies maior et purior ipso aere.

Ex his quattuor elementis, omnia et singula nascuntur, que sunt
secundum naturam in hoc mundo existentia vel viuientia, de quo si latius
scire volueris fac legas, que Lucidarius grauis alioquin autor et
clare et docte conscripsit.

Capitulum secundum de celis septem planetarum

Mundi



Supra hec elementa quattuor. que mutantur & moventur aliter
 rursusq; indies. vnumq; in reliquū vertitur vt supra: Incipiunt
 celi septem planetarū. quorū quodlibet aliud circumdat vt elemen-
 ta. ita q; quodlibet eorū maius est proximo sub se. quasi decies.

Celi omnes predicti solide sunt substantię materięq; atq; in se

Globus

inuicem compacti, immutabiles impermixti in sua substantia, vi elementa, verum semper clari puri et firmi. Quis vero materici, credo hominem scire nullum, vixit si sit lapis os lignum ferrum aut aliquid tale, hoc solo excepto, q̃ corpora dicuntur vt res palpabiles et tangibiles. Eiusmodi etiam sunt sol luna ⁊ stelle oēs

Sed tamen primum infimum ⁊ vltimum celum attribuitur a doctis ipsi lunę, quę in eo suum habet cursum, in eo habitat vt in propria domo. Hoc celum totaliter circumdat speram ignis, Et mouetur cum planeta suo luna semel omni mense, i. ab incensione vna ad alteram.

Vt autem scias quid sit plenilunium incensione notabis, quocienscunq; fit q̃ luna directe sub sole stat, ita q̃ sol supra ipsam, vt pilus sup̃ caput, ipsuz tagēdo, incensionē credas eo puncto ⁊ minuto fuisse, quo directe omnes radios suos supra eam iecerat, vnde lumen ⁊ splendor caput suū, vt mulier a viro prolem, tūc indices splendore luminis sui augmentatur, lucetq; noctis principio. Et q̃ cunq; die id fit, ab inde computando communiter dies, xv, plenilunium erit siue luminis sui diminutio, quoniam indies luce minuitur ⁊ apparet minor, quasi mulier post natū prole, et ad ortū lucet neq; tunc directe stant supra se, sed cōtrario ⁊ opposito modo vt tu aū me. In quozū medio terra est atq; cuncta elementa, quę sunt causa vmbre illius. Cum nox tota non sit aliud q̃ terre vmbra. Et s̃m astrologos astrozūq; iudices, qui futura rimantur, Impit tūc mundo huic inferiori eam virtutem, gratiam atq; naturam, quaz in incensione a sole receperat. Sed id ipsum reiectū est ⁊ anichilātū per sacros doctores, ne quis confidat eiusmodi tanq; creaturis, s; dumtaxat deo, qui hec omnia creauit, quoniā quicūq; hec facit artū, dīni molit ⁊ nititur. Contra quod etiam Pīcus ille mirandulan⁹ vīr vndecunq; doctus duodecim conscripsit volumina. Quō autem intelligat lunam esse in hoc signo, intelligas directe sub tali, in suo celo, cum signa supra planetas omnes in firmamento existant.

Secundum celum supra lunam proximo, vt communiter tenetur, attribuitur planetę Mercurio, in quo currat, locumq; suum habeat.

Tertium celum Veneri attribuit, vt in eo habitet quasi in edo sua, quāq; aliqui eā in secūdo ponant. Mercuriūq; in hunc ipsum videant ipsi, nam loquendum est, vt plures

Mundi

Quartum celū atq; mediū omnium planetarū attribuitur soli & suo pallatio in eo habitandū atq; currendū, qui cursum suum circulariter diuitiat anno vno, semel perficit atq; complet. Ex quo notabis magnitudinē, latitudinēq; sue circūferentie respectu lune que omni mense semel cōplet. & hic, xij. quāq; sit q; videatur quoti die semel circuire in horis quatuor & viginī. Hoc vero fit propter rapidū motū primi mobilis, vt audies in sequentibus, atq; hoc si mili percipies. Statuatur musca supra lapidē molarē vertibilem currentē, que semper currat viam suam sine intermissione circum eundo lapidē, nihilominus quando trahis lapidē molarē vertibilem, vel q; per se currat semel ad punctū signatū. Ipsa adhuc existit, non longe ab eo loco, vbi posita fuerat, et tamen lapis semel versus est. Sic & hoc ipsum capias. Notabis quoq; solem atq; lunam multo maiores esse ipsa terra.

Quintum celū ascribitur planete Marti loco sui dominiū

Sextū planete Ioui, vt in eo suum habeat cursum

Septimū attribuit ipsi Saturno vltimo planetarū pro sua habitatione, qui domū suā lustrat annis quasi, xxiij. Circa quod notabis amplitudinē sue spere respectu solis atq; lune & aliarum planetarum.

Queres interea quid nam sint planete. Responso breuis. Aliū aliud, n. esse dicimus eos q; stellas, que ita in suis celis pendēt & currunt, vt predictum est. Ptolemaem erratice dicunt. De quibus si latinis legere placuerit, Fac Plynium legas in secundo naturalis historie sue. Aliosq; autores multos.

Capitulum tertium De reliquis spheris.

Post septem sphaeras planetarū siue celos, aliud celum, est ordinatū a deo atq; positum, qd cōsumulter circulariter mouetur post

Globus

Saturni sphaera sicut et alie post suos. *Notante* appellat celū oc-
tauū. siue octaua sphaera. Dicitur et firmamentū quasi firmitudo
cartilaginea et ligamentū inferioꝝ celoz. Dicitur item celū stellatum.
in quo stelle omnes sunt posite immobiles. vt clauus in pariete.
quas stellas singulis noctibus sereno tempore videre licet. cum sol
occidit sub terram. q̄p̄ et in die videri possent. Sed maius illud
lumen solare impedit splendore eozū paruum. vt fax alicui lumini
minutissimo candele facit. quare per diem non videntur.

Hoc celum siue circulus eius a doctis multifariā distribuitur
quoniā in ipso Equinoctialis imaginat linea. Zodiacus itez et me-
ridiane linee. et de quibz in sequentibus percipies. Non q̄ ita sit
in ipso realiter. sed quia rectior et firmior est motus eius. Ideo omi-
um alioꝝ diuisiones celī atqz terre per ipsum imaginantur atqz
mensurantur.

Primum celum hoc sequitur. vt ipsum alios. qđ dicitur celum
nonum. Dicitur item celum aqueum siue cristallinū. propter eius
claritatē et puritatē. non habens in se stellam aliquā. q̄p̄ sint q̄ du-
cant hoc celū atqz sequens vnū esse. qđ pax refert ad p̄sens

Decimū celum atqz vltim⁹ circulus sphere. appellat primum
mobile. siue primum quod mouetur a deo. et rotatur in gyrz post sphae-
ram beatoꝝ. cuius motus velocissimus. vt nihil in mundo ei sit
comparandum. propter altitudinē et magnitudinē eius. quod ex p̄-
cedētibz colliges dictis. in celis planetaz et clemētis. qm̄ in. xiiij. ho-
ris diei scz et noctis. semel cursum suū peragit indies. ad primum suū
locum quādiu domino placuerit. qui sistere potest. quādo sibi pla-
cet. In hoc celo nulle sunt stelle. sed dūtaxat finis et clausura est om-
nium celestiu orbū et sphaeraz. In eo imaginantur puncta duo po-
loꝝ. quozū vnus arcticus. alter antarcticus appellatur. vt in seque-
tibus patebit. quoniā in ipsis relique sphere voluntur. vt in car-
dine ianua. siue globus duobus captis acubz

Supra id celum est nullū Margarita philosophica docente.
preter dei optimi maximi regnū cum omnibz spiritibz angelicis. q̄


Mundi

inde in nouem choros distribuuntur a Dionisio et Bonauentura. Superior autem eorum omnium deus ipse. Sunt et inibi sancti omnes et electi dei animique beatorum. que in hac miserie et ualle uoluntatem eius adimplere. in obseruancia mandatorum suorum. qui iuxta euangelium Christi ambulauerunt. Locus ille est sine fine. sicut et deus ipse infinitus. incircumscriptus. Repletus autem angelis et ornatus supra captum mortalium. Appellaturque celum Empireum. hoc est igne? quidam vigor. non quod ita sit re ipsa. sed quod ita a sanctissima trinitate perficitur. Est inibi gaudium ineffabile. quod nec oculus uidit nec auris audiuit. nec in cor hominis ascendit. quoniam presens est solius iusticie Christus deus noster. in quem angeli uideri cupiunt sine intermissione. cognoscere semper omnipotentiam maiestatis eius. Quis non satietur unquam omnes inhabitantes Alberto magno teste. Quare christianus omnis breui hac sua fragili et mortali uita. que tamen satis longa est. ut Cicero inquit. ad bene beateque uiuendum. ordinabit se merito. ut hic in hac caduca uita alibi eternam sine fine adipiscatur. quod prestare nobis dignetur deus trinus et unus. Amen.

Habes itaque breuem introductionem. claramque expositionem eorum que sunt supra nos. ab autoribus comprobatis descripta. Possunt autem celi quattuor supra planetarum sphaeras comparari elementis. ita ut celum octauum terre. nonum aque. decimum aeri. undecimum in quo deus ipse igni comparetur. de quibus alius speculari non cecidentis. sed clare uidentis erit opus. Descendam ergo hunc. quoniam alte nimis uolitavi et ad institutum ibo. celum cum sua ordinantia mittam. Ad terram uenio. ex qua omnes corporea tractamus molem. atque inibi enumerabo quedam dei mirabilia. ut de celis factum est in genere.

Sequitur secunda
libri pars.

Globus



Capitulum quartum de descriptione terre

Quod satis superius descripta est natura: proprietates, numerus
et essentia omnium celestium et superiorum orbium celorum et sphaerarum. Et per
possumus venimus dicendo aliquid de terra ipsa, quae a quibusdam

Mundi

doctoribus comparatur corpori humano, quoniā in ea omnia reperiuntur, quę sunt in corpore nostro. Prīmū caro est ipsa terra, sanguis aqua, ossa sunt lapides, vene montes, caput ipsum est oriens siue asya. Pedes occidentes et ipsa america nouiter reperta, quarta orbis pars. Africa est brachium dextrū, et Europa terra nostra sinistrum figurat brachiū. Nec verō longius exponere, locū nō habet in presentia, sed me ipsum vertere conor ad terre diuisionem.

Tota autē terra cōparatur globo siue pomo, vt ad oculū vides non q̄ necessario et ad amissū in rotunda esse debeat quasi circulus sed quoniam huic figure maxime omnīū similatur, quoniā aer ipsē replet foramina et terre concanitates, quę non respondent superficiei extremorū; sicuti valles (vt ita loquar) replet aer, quare in genere de istis loquimur non singulariter, quoniā qui talia agunt, non philosophi, sed philosophari nuncupandi sunt, quoniā terra ipsa ita in nudo pendet aere, nulli innixa nisi seipsa, nullo item nisi solo verbo dei firmata, in medio omnīū stabilita, vt punctus in circulo. Et quantū est abhinc a dusq; celum, tantū et a quocūq; loco terre per totū orbem eius: suo modo dicendi. Et ad quencūq; locū globus ipsum posueris idem est, quare notare poteris (et facile) vndiq; terram inhabitari, vel ab hominibus vel brutis, infra supra et a latere nihil n. officit te credere, pedes eorū nostris oppositis, quoniā quilibet suā tangit terrā, habetq; supra se celū vti nos.

Cap. v. de quinq; circulis maioribus globum circundantibus.

Notabis quocūq; insuper vt predictū est in celorū expositione, diuisionē circuloꝝ quā docti pleriq; imaginant vel figurāt in ipso celo. Hęc in terra ipsa ponendā esse, vt superiorib; respondeāt, qm̄ per hęc veritas seruanda est, vt singula quadrent, quare globus iste noster septem signaturas possidet, vt ipsum celū quas intellige vt mox dicetur in sequentib;

Globus



Primo notandū duas stellas in celo esse distantes a pūctis po-
lor quasi gradibz nouē totaliter immobilibz. quaz nos in Europa
dūtaxat vnā videmus perperuis futuris tēporibz super capita no-
stra. quēadmodū in presenti globo descrip^t est eius orbis. Hæc

Mundi

aut stellā polarē in celo cōperies prope Lurrū vti nostri vocant siue aurigam. supra eius rotam posteriorem. Diciturq; polus arcuē quasi immobilis. et directe ex opposito huius. altera polaris stella si-

Juxta has duas tuas. quā videt antipodes nostri in Africa. stellas polares siue in his punctis polo. ferunt totā celestis spere machinā cū omnibus stellis atq; planetis volui. vt rota in sua age ant sicut tornator globū alique duobus locis figit. vt in fictionibus istis contrariis currat. Ita et in presenti capiendū. quoniā deus ipse operis magister et fabricator. qui totū eo modo ordinat et regit. vt duo poli predicti a loco suo non mouent. sed semper immobiliter permanent. Et fm hos polos siue earū stellas viciniore omnes nauite. patroni. Mercatores. et quicūq; terram lustrant. sese dirigere necesse habent. ne errore ducant. et ad aliā quā non desiderarūt terram siue regionē perducant.

Secundo imaginant in celo et eius sphaera quinq; zone siue circuli. quas et in terra figurare oportet. vt audies. de his Vergilius in Georgicis. Macrobius itē in somnio scipionis. non qd de facto et re ipsa in celo vel terra ipsa existant. sed quoniā ita re capere oportet per tales imaginationū diuisiones. ad maiore intelligentiā eorū quę de mundo dicuntur.

Supremus circulus quo ad nos. nomen suū habet ab immobili puncto poli arctici. quoniā vicinior est ei. quē nominare poteris Circulū vlti vel aurige siue curruis. ex opposito huius infra. similis circulus est. qui ab altero polo dicitur circulus poli antarctici. Circuli autē isti ideo excogitant siue imaginant. quoniā cū terra ipsa siue globus distribuit quasi in partes quinq;. id est vt per globū terre. quinq; trahantur circuli. extūc extra illos duos extremos circulos sub et supra. nemo habitare potest. pre nimio frigore. quoniā tūc mare glaciāle et congelatū est. neq; nauibus aptū. q; mercatoribus patet. qui Angliā. Norwegiā. et Scotiā nauigant. et dies maior in eadē regione sub polis est vtrobiq; sex mensiū. quando sol est circa equatorem. Cū vero sol est vltra equatorem. non erit mensiū sex

Tertio duo alij circuli ponunt in globo sub et supra. Primus

Globus

post predictū circuli poli arctici. q̄ nobis ⁊ nostro orbi proximior
est: appellatur tropicus Canceri. siue circulus eius. quoniam sol cum
eum possidet. in Canceri signo esse perhibetur in mense Iunio. cir-
ca festum Iuii. tunc in illo circulo globū mundi circuit. ⁊ p̄ opposi-
to infra similis circulus est primus post polarem circulū. qui tropi-
cus capricorni dicitur. nā sol eundem perambulat circulū hyemis
tēpore. circa dñi natalē quando est in signo Capricorni

Mos duos circulos ideo notamus. quoniam inter eos ⁊ pro-
ximos polorum circulos. bene. prospere ⁊ salubriter viuatur. Crescit
quoq; inibi omne quo viuimus. sicuti infra poloz puncta atq;
circulos marcescunt. Adde etiam in eis diem esse. quoniam a sole be-
ne illuminant. qui nuncq; vltra eisdem progreditur infra vel supra
hic. n. eius est terminus quē preterire non potest. sed q̄ primū il-
luc peruenit. mox retrogradat̄ ad mediū circulū equatoris



Sundi



**Ca. Vi. de medio circulo maiori
qui equinoctialis dicitur**

Maior vero & amplior circulus omnium aliorum qui globum terre
per medium cingunt. Ipsumque in duo diuidit equalia. et vtraque
parte versus polos mensuratur equidistant. Et noctia' dicitur est. quoniam
sole in eo ambulante. quod bis anno accidit. mense Martio. cum
sol signum Arictis intrat. atque septembri. cum libram possidet. Et

Globus

tunc, n. per vnuerſum orbem terrarū dies, cum noctibus, equales ſunt. Circulus iſte maior equinoctialis, eque diſtat a duobus tropicis Cancrī & capricorni

Ponitur autem ideo in globo terre ſicuti & in celo imaginatur, quoniam nemo ex vtracq; eius parte ſub vel ſupra, habitare cōmo- de poteſt, pre calore ferueſcente, quoniam inibi ſol directe verticem hominū irradiat ſupra capita eorum, efficitq; omnia inibi creſcen- tia arida & marcida. Quare etiam torrida zona in ſuis diuiſioni- bus dicitur, ſicuti notum eſt his, qui in India, Taprobana, Calis cutia & Egypto Nilū peragrarunt, vnde ſpecies aromaticæ ad nos ducūtur, vbi nulla ſemina plantarū vel herbarū viridiū ſunt, ſed ma- ior pars arenosa atq; lapidea, quare omnes homines in huius cir- cuitu cōmorantes nigri ſunt, a calore ſolis exuſti.

Ideoq; omnipotens deus continenti immiſit mare meditera- neum, Item indicum, vt clare & aperto in hoc globo videre licet. Propterea etiam bis anno apud eos eſtas maturatur, cuz ſol ver- ticem capitis eorū, vt dicti bis tangat, nulla, n. res inibi vmbra fun- dit in longū, tēpore veris atq; autūpni

Ca. vii. docet predicta inuenire in globo atq; cognoscere.

Si nunc predicta omnia cognoscere volueris, atq; his etiam maiora, Donec ante oculos globū tuum, & queras circulos illos cū ſuis nominib; predictis, extunc cuncta etiam nullo monſtrante li- quido cognosces, dumtaxat ſi legere noueris. Et ſimul cum his plura alia, quando locum habitationis tuę tenueris, Ideoq; vt et idipſm ſcias, nec tibi quicq; ſit abſconditū ac re lateat vel ſubterfu- giat, norabis totum orbem terrarū diuidi in triſ partes, non circula- riter ſiue ad modū circuli ſed p regiones et prouincias eius, vt in ſubiecta patebit figura.

¶ Dundi



Et quibus partibus maior versus orientem solem computando a nostro territorio, dicitur Asia, a regina eius nominis, que regnavit in ea. Estque duplex Asia, maior atque minor, in hac terre parte. Troia, omnis India, Cipria, Arabia, Babilonia, Hierusalem, Persia, Hircania, Armenia, Scythia, Turchia, Taprobana, Mareque rubrum cum Iudea, quemadmodum in hoc globo videre poteris. In his regionibus cunctis regnant domini temporales, Cesar scilicet Turchie, Prestan siue presbiter Joban, Soldanus, Carboi maior, Sopy, quem prophetam novum vocant, qui omnes mali

Globus

Christiani sunt, et omnium provinciarum totius Asiæ sunt Solinus atque Ptolomeo testibus, plij.

Alter pars orbis terrarum Africa dicitur, a regina in ea olim dominante, versus meridiem sita, a nostro intuitu atque situ. In hac pre Libia, Ethiopia, Mauritania, Egyptus, Carthago, Alexandria Nilus fluvius fertilissimus orbis, Mons atlas et elephantes innumeri, homines quoque, quorum oculi in pectore sunt, Ethiopes item nigerrimi a calore solis fuscati, in speluncis terre habitantes, Uterque sexus armis valet et bello. Nulla ibi matrimonij discretio, quare pueri discunt matres agnoscunt suas, de patribus est dubium. Habet hec pars terre provincias octo, ut Solinus scribit, exceptis his quæ noviter lustrate sunt, quemadmodum in maiore mappa assignatum est.

Tertia terre pars Europa cognominatur, a regina eius habentem prudentem moderantem. Dividitur hec ab Africa per mare mediterraneum. Sed ab Asia Rhyphis montibus perque fluvium Tanaim in globo scriptum. Terra hec est in qua nos Christiani omnes: ut in plurimum sumus, Quæ quibus minor ceteris sit partibus ambitu suo, populosior tamen alijs et potentior, plusque edificata, quæ singulari dei gratia factum reor, sicut et Judeorum provincia olim minor erat cunctis alijs, quæ tamen toti orienti cladem intulit septemnumero, sic et in presentiarum. In hac parte orbis est Hispania, Brannatium, Portugallia, Catalonia, Gallicia, in qua diuus Jacobus apostolus qui esset in compostello, Gallia, Francia, Britannia, Anglia, Scotia, Civitates quoque omnes inferiores, Brabantia, Flandria, Picardia, Geldria, Selandia, Hollandia, Burgundia et Alsatia, Germania. Item Suevia, Bavaria, Ungaria, Austria, Sibenburgum, Wallachia, Bohemia, Saxoniam et, Item Italia, Lombardia, Apulia, Roma quoque mundi caput, et Christiane religionis unica sedes, Veneria, Florentia, Neapolis, Iediciolanum, Constantino, polis, Macedonia, Athenis, ubi primum studium universale crati Socrate, Platone, ac alijs gubernantibus, Item fluvij insigniores Rhenus, Tanais, Arifis, Zona, Tiberis, Mosella, Padus, atque innumerabiles alij, In sule quoque Sici-

¶ Mundi

cilia, Landia, Sardinia, Corsica. Quare Solino docente, xxxij
prouintie sunt ipsius Europe.

Est insuper iam reperta noua quedam insula, siue quarta or-
bis ps, si dicere mauis, maior ipsa Europa multū. non tamē exul-
ta propter incognitum eius partis situm, quę iuxta europam atq;
Africam ad latus occidentale protenditur per circulos omnes pre-
dictos trāuersaliter. De qua si qđ latius scire desideras, fac ea le-
gas, qđ pñti libello fide digno scripta sunt. Sicq; de pta hac pre no-
uiter inuēta, oēs puintie ton⁹ terre sunt, lxxxv. Solino id attestāte



Globus

Ca. VIII. de motu et cursu solis. quē admodum terram ambiat atq; irra-

dīat.

Cum diuisionem circuloꝝ ꝛ prouintiaꝝ omniū generali quodā
modo cognoueris. de his. n. singulariter loqui. opus est maioris
speculatiois. vt doctis omnibꝫ peripetuum. Quare consequenter
nostri globi continentia ꝛ claram demonstratioem eius cape. quem
admodū sol ipsum ambiat et oriens vel occidens. Sicut notauis
sti circulos illos quinq; siue zonas terram cingentes vel circundā
tes. scias solem nunq; extremos duos tangere poloꝝ circulos. sicut
alios tres intermedios. quare frigus ꝛ horror ibi communes sunt.
sicuti calor in alijs. Nam sole existente in arietē vel libra. tunc illi
versus polum noīꝛ arcticū locati. semper diem habent. quasi ad
anni dimidium. cum sol est atra equinoctialem lineam. Et ecōtra/
rio tantundē noctis cum ultra equatorem erit. versus tropicū Ca/
pricorni ꝛ polum inferiorē antarcticum. et tunc. Libie populi de
Africa. tantum estatis tempus habet. quantum illi hyemā Sol. n.
nunq; verticem illorum omniū sub poloꝝ circulis habitancūꝛ ir/
radiat. sed dumtaxat a latere. Solis. n. iter tantum duos tropicos
habet Tācri et Capricorni. Inter hos via solaris est. qui sunt eius
termini vltimi. quos pretereire non potest sub vel supra. Quoniam
sicuti sol ipse in Martio atq; septembri. cū dies ꝛ nox equales sunt
in omni terra. et. h. boꝝꝛ. atq; in medio circulo maiori equinoctiali
existit. sic ꝛ estate nostra in eius ascensu tropicū cancri attingit. et
tunc vero declinat vsq; ad tropicū Capricorni. quare causatur hy/
ems nobiscū. quoniam cū terre nostre propinquat. calorem efficit.
atq; estatem. Cum vero a nobis retrogradif. sit hyems. sicutē alijs
regionibꝫ est videre. Et vt clarius notare possis exemplum dabo
Presupposito eo qd te in europa esse cognoscas. Chriſtianos quoq;
omnes. queras itaq; flauū locū siue ciuitatē tibi notam. sit gratia
exempli Venetiā siue Renuā. cū itaq; sol erit in Cancro circa nas/
tale Ioannis. et tunc sol ipse tropicū cancri possidet. quā hic afflig/
natum vides cum nomine signi. Nam nobis tunc propinquior eē
non potest. vt in globo viderē ad oculum. quare calidior existit aer
apud nos eo tempore estatis scz. qd circa dominicā natalem. cum


Mundi

in inferiori circulo tropici capricorni graditur. lōge a nobis distās. Quare in quo augmentat (splendore scz vel calore) vno in loco, al-
tero tātum minuitur. cū rotundū q̄libet media tñ parte videreli-
cet. Cum itaqz sol infimum circuli capricorni perambulat, nor erit
apud superiorē poli circuli arcticū scz, donec sol medium circulum
equatoris attingat, q̄ est terre medium. Edinverso de inferiori polo
intelligas, quoniam quanto sol alicui regioni propinquat, tanto ca-
lidior z clarior erit illuminata, dies item longior, et quantū ab ea re-
cedit, tantū frigidior z tenebrosior, diesqz breviores solito. Quare
nunqz tantus calor est ipsis Anglis, Scotis, Norwegis et Islan-
dis, sicut in Italia, Roma, Neapoli, Carthagine, Hierosolyma,
qui sepe a sole irradiant. Illi vero non, sed ab eis retrogradit in-
terdum, vt iam patuit

Cap. IX. de lineis alijs meridio- nalibus globum circumdanti- bus, a polo ad polum tractis

Linee transversales a superiore ad inferius, dicunt Linee me-
ridionales, quoniam sol sit vbicūqz velit inter tropicos circulos, i. vi-
am eius solaris, quando venit ad lineam tūc regioni responden-
tem, vel per eam, tunc causat meridiem in omni loco, per quem ea
linea currit. Ex opposito vero vbiqz erit nox, quoniam sol inedium
semper globum illuminat, vt predictū est. Harz linearum protra-
ctiones sine numero fingere poteris, quot scz loca, ciuitates terre,
atqz prouintie in globo describunt, vt quilibet locus suum habeat
meridianū. Quis aut singula in tam paruo corpore signare pote-
rit. Alie vero linee que transversaliter globum circumdant, sicut ma-
iores circuli quinqz, sunt differentiales graduū z paralleloz, in quas
hec omnia subdiuidunt, tibi ad intellectū hoꝝ parum adducentes,
et ideo de his plura loqui Pythagoras silentio monuit

Globus



Capitulum. X. De ortu et occasu solis

Non potest certitudinaliter dici pro comperto et vero, solē hic
vel hic oriri vel occidere, quoniam non omni loco equaliter oritur
vel occidit, sed aliter atq; aliter, qm̄ sicut nobis versus Norinbergā
vel Thanaum oriri videt, ita et illis de Norinberga vltra, & sus Po
loniā, & deoq; qm̄ nobis occidit, tunc alijs primū oritur, qui remori

Mundi

us a nobis situantur. sicut ymbra parietis semper ad vltiora progreditur. ita et in presenti. Et ita Viennensibus Pannonie inferioris ad horam citius oritur q̃ parisiensibus. Fitq̃ postremo vt vnus et eadem locus dicatur et oriens et occidens. diuersis tñ respectibz

Si vero scire laboras sole in meridie existente. atq̃ medio tui celi et regionis. q̃tu radij luminis sui extendantur atq̃ spargantur id est vbi sit dies atq̃ nox. quoniam talis finis siue principiu luminis et spendoris. in sphaera dicitur horizon. hoc est circulus vel arcus diurni luminis et cursus solis. Sed in quacumq̃ orbis parte vel loco fueris. consimiliter vides circumferentiā aliam hic vbi celum et terra se contingunt. que ad oculi visum se dumtaxat extēdit et non vltra. sed quasi circulariter. vi. miliaria Alemanoz. Et dicis horizon tue regionis vel loci. quem globo ita assignare poteris. respectu tamen celi et celestis sphaere. reputa. fiat foramen siue punctus in tua regione. vt scias. ex tunc cape pedem circini. et distantiam a puncto poli in globo vsq̃ ad equatorem mensurabis. Est. n. talis distantia semp globi tui magnitudo. habita illa. pone circini pedes in foramen tuum prius notatū. et altero pede protrabe circulu sup globu vt moris est.

Hic inq̃ circulus semp est horizon respectu celi. et assignator diei Etq̃ globi mediu quod a sole illuminat. q̃s primū. n. sol illū attingit mane dū oritur. sit in quocumq̃ tropicorū vel circuloz maiorū voluerit. tunc in celo dies est. q̃q̃ nō in tuo loco. Exeunte autē sole ab eo. occidens esse dicis. Vides item clare et ad oculum. quantū iter sol gradibz tempore estatis. cum in supremo circulo existit in tropico canceri circa natalem Joannis. quā redies prolongant plus q̃ byemis tempore circa natalem dominicā. cū in inferiori circulo canceri existit. Horizon. n. ille protrahens parā contingit cundē vt vides

Capitu. xi. De situ terre et eius ordinatione

Preterea in presenti globo terre videre lē et inuenire. famosiora loca montū. aquarū. regionum. Locorū item omnū que sunt p

Globus

vniversum orbem terrar. Maria insuper vnacum suis insulis. si-
cut versus polū nostr. Anglia. Islandia. Scotia. Norwegia. atq;
mor. Hispania vbi diuus Jacobus est. Francia quoq;. Regnum
Romanor. Italia. Venetia. Roma. Tandem vltra mare mediter-
raneum Hierosolima. Mare rubz. Tartago. Nilus atq; Egypt⁹
resupra dictum est. Et que in vnaquaq; parte sita sunt. Item insu-
le insigniores Sicilia. Sardyria. Rhodis. Cipria. Corsica &c.

Ad hec scias olim ita sedisse in animos hominū. sinez mundi
fore apud diuū Jacobū. & recte quidem si continētis dicere voles.
Vale aut ratione vniversi. quoniā vltra incognita terra erat. Etia
quia propter carentiā nauigiorū & cosmographie nemo se in pelag⁹
et oceanū immergere audebat. Sed cum homines callidiores.
subtiliores. magis imbuti talibz atq; muniti nauibz & armis. mul-
ta p. eos comperta sunt noua. quēadmodū liber iste edocet.

Videtur quoq; quibz meatibz oceanū circūiere. per Africā ver-
sus atq; polum antarcticū. et ita venire in Calicutiā Indie por-
tum. in minori Asia. atq; inibi species aromaticas tulerūt. quē pri-
dem ingenti labore & magnis sumptibz. per Turciā atq; Persiam
perq; mare rubz. Venetiar. potestate. ab Alexandria allate sunt.
iam primū libere. minori sumptu. & si via ampliore adducunt


Cap. xii. Epilogum hz et cōclusi- onē precedētium omnium


Quantum vero locus vnus a reliquo distat. difficile cogniti-
um est in hoc paruo globo propter gradus. qui assignari omnes non
possunt in eo. Si vero id ipsum scire volueris. Iappam maiores
considerabis cosmographie plane. in qua certius ac verius appre-
hendes fm longū & latū extensos. Communiter. n. gradus vnus so-
lis in linea equatoris facit unū longitudinē & latitudinē. lx. miliaria
italica. id est. xv. germanor. Sed vltra citraq; min⁹. fm qđ terre de-
scriptio contrahit versus polum


Mundi


Habes itaq; lector optime declaratōem vniuersalem omniū
z singulorū in hoc globo terre necessariorū z contentorū. Neq; dubi-
tandū erit si te in eo exercueris, alia non assignata comperies rara
z scitu iucunda, atq; ita cunctipotentia z maiestati eius agnosces,
qui vniuersa hec eo ordine mensura z pondere congregauit, atq;
creauit ex nihilo sūm eternā eius sapientiā. Hunc merito vt venere-
mur sine fine Salomon nos adhortat, cunctiq; pphetę, qđ vt fiat
etiam atq; etiam precor. Que vero mirabilia in vnaquaq; regio-
ne existant, exinde imprimenda statuimus. Valete feliciter ex
Argentina vltima Augusti. Anno post natū saluatorē, M. D. x.

Joannes grūniger impri-
mebat. Adelpbo
calligatore









5569
W1689





